

De admirabili vocatione hominissecundum Deum

1. (De dignitate personae humanae). Universitatis rerum visibilium et invisibilium Conditor Deus, qui caritas est, hominem ad imaginem et similitudinem suam creavit et, liberrimo suae voluntatis consilio, ad consortium divinae naturae elevavit, ita ut ipse vocationis suae consentiendo gloriam reddat Deo et divinae beatitudinis particeps fiat et, expectatione omnis creaturae adimpleta, Deus omnia in omnibus fiat. Quae admirabilis ordinatio et vocatio per peccatum ~~Adami~~ impedita, in Christo mirabiliter restaurata et perfecta est.

Imago Dei iam in natura humana resplendet in quantum omnis homo est persona intellectu, voluntate ~~et libero arbitrio~~ praedita et in de omnia materialia et sensibilia transcendens, sine fine coram Deo subsistit et capax fit ut nominatim a Deo vocetur et ametur. Propter hanc ~~eminentem~~ dignitatem nullo modo ullum hominem impedire licet quo minus suam divinam vocationem ad Deum et ad fratres et ad mundum adimplere possit. *officia ex divina vocatione arte, et ad D. et ad fr. et ad mundum adimpleri possit*

Ut creatura rationalis, quae non existit nisi in quantum totam suam existentiam et perfectionem a Deo ~~actualiter~~ recipiat, homo natura sua ad Deum cognoscendum, ~~serviendum~~ et amandum ~~ordinatur~~. Quae agnitio Dei ~~tam simplici ratione, quam supernaturali fide accepta~~, fundamentum est totius vitae religiosae et moralis, sive in individuo sive in societate. Omnis ergo species atheismi ~~non solum infinitae maiestati et sanctitati Dei offendit, sed etiam ipsi naturae humanae radicaliter contradicit.~~

Persona humana ita socialis est ut nemo sibi soli sufficere et vivere ~~neque~~ immemor fratrum ad Patrem redire ~~possit~~; sed uniuscuiusque hominis est in communicatione cum aliis perfectionem suam attingere. Quae sociabilitas imprimis in communitate familiae exprimitur, ubi vir et mulier in eadem dignitate constituti ad invicem et ad pueros ordinantur arcuissimo amoris personalis vinculo.

Dignitas personae humanae in hoc etiam elucet quod a Deo ~~constituta~~ est caput et dominus mundi visibilis, ~~ita ut vires huius mundi per technicas artes sibi paulatim subiciat et ad suae condicionis profectum inservire faciat, sic adimplendo mandatum: "Replete terram et subicite eam" (Gen. 1,28).~~

2. (De unitate et diversitate naturae humanae). Imago Dei etiam in universa naturae humanae invenitur. Hanc enim Omnipotens Deus ex una parte unam et immutabilem in eius essentialibus condidit. Quaecumque sint differentiae sexus, aetatis, stirpis, ~~gradus~~ in societate, omnes homines, eadem ~~vi~~ intellectuali praediti, in unitatem veritatis convenire possunt, unam habent legem moralem, sicut unum eundemque finem, eadem dignitate gaudent. Sacra Synodus solemniter improbat quas cumque doctrinas quae ~~ut racismus~~, hanc omnium communem dignitatem quibusdam hominibus denegare audeant.

Ex altera parte autem in hac eadem natura humana multififormem diver

sitatem voluit Deus, quae pertinet ad perfectionem creationis universi. Speciali modo Deus fecit "ex uno omne genus hominum inhabitare super universam faciem terrae" (Act. 17,26) ^{et unguentum} "secundum linguam suam et familias suas in nationibus suis" (Gen. 10,5).
 5 Quae diversitas, ut pertinet ad creationem, sic etiam ad redemptionem, ita ut familiae gentium in Ecclesiam ingredientibus loquantur suis linguis magnalia Dei (Cf. Act. 2,11).

3. (Mysterium elevationis ad ordinem supernaturalem). Quas ^{omnes Dei} praerogativas omnino superat vocatio admirabilis ad ^{visionem manifestam} ~~consortium~~ ^{et gratiam perfectam cum Patre et Filio eius in Spiritu Sancto et illius finem perdonum gratiae consequendum} ~~vine naturae~~. Haec per adoptionis gratiam exaltatio, quae hisce in terris est aeternae gloriae quaedam inchoatio, excedit ~~omnes~~ vires et exigentias humanae naturae ideoque gratuitum Dei beneficium dicenda est, seu, ut aiunt ^{multi} Ecclesiae doctores, Sacrae Scripturae et Sanctorum Patrum doctrinae inhaerentes, donum supernaturale, maxime tamen naturae conveniens. Homo, enim, ad imaginem Dei creatus, naturale gerit desiderium felicitatis quod plene quiescere non potest nisi perfecta Dei possessione adepta, quae in visione eiusque
 10
 15 *dilectione* consistit.

4. (De imagine Dei peccato ^{deformata} ~~obscurata~~). "Hominem autem Deus reliquit in manu consilii sui" (Eccli. 15,14). Est enim libertas donum Dei praeclarum, quo persona humana uti debet ad bonum, non vero ad malum. Per usum huius libertatis ad malum, peccatum intravit in mundum. Totum enim humanum genus secundum fidem Ecclesiae originali labe infectum est, quae veram rationem peccati, etsi non personalis, in singulis habet, ^{quae} ex eo quod homo generatur in natura peccato Adami sauciata. ^{instituta et sanctitate privata} ~~sauciata~~.
 20
 25 *R/* Quo fit ut, ^{hominis} ~~privatus gratiae dono et servus factus~~ peccati mortique obnoxius, imaginem Dei iam non nisi obscuratam et deformatam praebeat. Gloriam incorruptibilem Dei despicientes et ea quae sua sunt quaerentes, ^{ad personam patris in seipsum} ~~serviunt~~ creaturae potius quam Creatori (Rom. 1,25); ~~in seipsis divisi sunt~~, lege quae est in membris repugnante legi mentis (Rom. 7,23); ^{seu} ~~sibi~~ invicem opposuerunt, spiritu superbiae et avaritiae ducti (Rom. 1,29). ^{In de, aetatibus per redemptorem, abm-} ~~danerunt in mundo singulorum delicta, ita ut universa vita horum pervadatur~~ ^{per} ~~institutaque officii afficiantur~~.

5. (De restauratione imaginis Dei ^{per} ~~in~~ Christo). Hanc humanitatem lapsam, tamquam ovem perditam, Filius Dei, missus a Patre, quaerere et salvare venit. Ipse, perfecta Patris imago, novus Adam factus, imaginem Dei in homine restituit, totam et integram substantiam veteris Adami resumens et foedus novum et aeternum, quod iam frangi non possit cum genere humano instituens. Formam servi accipiens et factus oboediens usque ad mortem, non quaerens quae sua sunt, sed clarificans Patrem in semetipso, quod per superbiam Adam perdidit, per suam humilitatem Christus mirabiliter restauravit, hominem cum Deo per Sanguinem suum reconcilians et nobis relinquens exemplum servitii et amoris erga fratres, ita ut sicut ipse dedit vitam pro nobis, pro fratribus nos etiam vitam ponamus. Per Resurrectionem autem suam, mortis confractis viribus, ^{fundavit} ~~mundum novum, in quo iustitia habitat et omnis lacryma ab oculis abstergatur~~ ^{fundamentum posuit}.
 35
 40
 45

~~sit, cuius arphae in vita sanctorum, in miraculis anticiparentur. Etiam in diversis ingenii humani victoriis, etsi imperfectis et periculis mixtis, aliqua eius adumbratio adest.~~

5 6. (De restauratione imaginis in hominibus). Et iam sedens a dextris Dei et "caput datum a Deo super omnem Ecclesiam quae est corpus eius" (Eph. 1,22), Christus effudit Spiritum Sanctum super omnem carnem ad eam renovandam et reformandam ad suam ^{similitudinem} ~~similitudinem~~. Quae gratia Christi et virtus Spiritus per Ecclesiae ^{in genere} ~~in genere~~ humano operantes viribus peccati in cordibus hominum opponuntur. Oportet enim ut homines iam in baptismo configurati passioni Christi, mortificationem eius manifestent in corporibus suis, ut vitam Jesu manifestetur in eis. Et ita "revelata facie gloriam Domini ^{annus} ~~speculantes~~ in eandem imaginem transformentur a claritate in claritatem tamquam a Domini Spiritu" (2 Cor. 3,18).

10 et resurrectioni

15 Quae restauratio imaginis Dei in praesenti vita non potest plene adimpleri. Et sic homo ^{divina gratia motus} ~~tendit~~ ad visionem beatificam Dei Unius et Trini, ubi Deus, finis desideriorum nostrorum, sine fine videbitur sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. Tendit ad perfectionem caritatis et unionis, quando omnes filii Dei in Corpore Christi adunati, in coelesti Hierusalem congregabuntur. Immo ^{sancti} ~~omnis~~ creatura, quae subiecta est ~~vanitati~~ non volens... et ingemiscit et parturit usque adhuc expectat liberationem a servitute corruptionis" (Cf. Rom. 8, 20-22).

25 7. ^{De} ~~(Ecclesiae competentia in vita temporali et iure naturali)~~. Quod ^{aut} ~~tamen~~ a Deo ^{perferat in die in tempore resurrectionis nostrae (Act. 3, 21)} ~~receptas perfectum hoc scilicet naturam creatam~~ reformatam ad ^{imagine} ~~imagine~~ gratia Dei suffulti ^{interior} ~~prosequimur non nisi~~ via quotidianorum officiorum et actionum quibus ^{in corpore nostro} ~~in mundo~~ per Christum Deo offerimus, rationabile obsequium (Cf Rom. 12,1), ~~nec Christus integer, novus scilicet Adam, aliunde formatur nisi ex substantia veteris.~~ Vita ergo christiana temporalem includit vitam, sicut conatus nostri ^{ad} ~~ad~~ melius conformandum nos Deo ^{per} ~~per~~ ipsa terrestri ^{exercetur} ~~exercetur~~.

35 Hinc est quod Ecclesia, ^{igitur} ~~utpote~~ ministra Christi Consummatoris (Cf. Hb, 12,2) et multos filios ad gloriam adducentis (2,10), officium et ius habet docendi quae sit ad Deum debita omnium actionum humanarum ordinatio. Ad religionem enim christianam et ad Foedus in Christo initum pertinent veritates quae conditionem et dignitatem hominis respiciunt.

40 Quas veritates ^{magni} ~~magni~~ facit Ecclesia, sicut ^{magni} ~~magni~~ facit naturam humanam eiusque laborem ad ^{meliores} ~~perfectior~~ conditionem ~~perfectior~~ obtinendam. Genuinam igitur humanae naturae indolem atque socialium rerum vindicare ad munus Ecclesiae pertinet.

* Homo enim ^{finem consequitur} ~~conformans se~~ legi ~~suae~~ naturae et vocationi suae divinae.

lex naturalis

8. (~~Ordo morum~~ est obiectiva, ipsi tamen naturae hominis non extranea). Existit enim ~~ordo morum~~, ^{lex naturalis} (ultimatum in Deo fundata) proxime vero in ipso esse naturali personae humanae. Unde ~~ordo~~ illa non est mutabile hominum ^{vel creaturam} ~~inventum~~ ^{vel} figmentum, sed absolute valida. ^{habenda} ~~Ipsi~~ ^{autem} naturae ipsique personae humanae nullo modo extraneae ^{vel} arbitrarie impositae. Lex enim naturalis non ad aliud obligat nisi ad perfectionem illam assequendam, ad quam ipsa natura ex propriis ordinatur.

10 ~~Lex~~ naturalis apud omnes gentes in cordibus inscribitur (Cf. Rom. 1, 21-22), cuius generaliores normae ab omnibus qui expedito rationis usu gaudent nec obcoecati sunt, invincibiliter ignorari nequeunt; quae suprema vitae moralis ^{principia} pretiosum aliquod constituunt universi generis ^{pro diversis adiunctis} ~~humani~~ patrimonium. ~~Quamvis~~ ^{Quamvis} applicationes maxime varias ~~ad~~ ^{ad} ~~varia~~ personarum individualia, socialia et culturalia adiuncta ^{ad} permittat, tamen in se, ~~haec~~ ^{lex} relativa et contingentia transcendens, immutabile permanet. Ipse etiam Christus hunc ~~ordinem~~ ^{legem} ~~moralem~~ confirmavit, ~~explicavit~~, restauravit, perfecit, ~~complevit~~ et elevavit.

20 ¹⁰ * Ipse ordo ~~moralis~~ ^{morum} exigit, ut persona humana agat secundum suae certae conscientiae dictamina circa honestatem moralem propriae actionis. Hoc principium etiam valet cum ~~persona humana~~, inculpabiliter, circa ipsum ordinem moralem invincibiliter erret. Etenim, ut dicit Apostolus: "Omne quod non est ex fide", id est ex conscientia, "peccatum est" (Rom. 14,23). XX

25 9. (Finis legis amor Dei et proximi). Praeceptum amoris Dei et proximi est quasi synthesis omnis moralitatis, quo impleto omnia legis divinae implentur praecepta, sicut docet Dominus: "Diligens Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua et in tota mente tua. Hoc est maximum et primum mandatum. Secundum est simile huic: diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis universa lex pendet et prophetae". (Matth. 22, 36). Et etiam Apostolus: "Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis: qui enim diligit proximum legem implevit. Nam: Non adulterabis; Non occides; Non furaberis; Non falsum testimonium dices; Non concupisces, et si quod est alium mandatum, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio" (Rom. 13, 8-10). ~~Unde etiam~~ ^{in divinis} ~~praeceptis~~ ~~positiva~~ ~~sunt~~ ~~quasi~~ ~~explicationes~~ ~~vel~~ ~~applicationes~~ ~~exigentiarum~~ ~~amoris~~. Deus Ipse amor est: unde medium imaginis eius restituendae aliud esse nequit quam via veri amoris Dei et proximi, qui ^{per spiritum sanctum} ~~per spiritum sanctum~~ ad dignitatem caritatis elevatur. XXX

45 10. (Ecclesiae munus). Revelationis igitur christianae pars integralis sunt veritates quae dignitatem naturalem necnon ordinationem et vocationem personae humanae patefaciunt. Quas veritates ~~omnes~~ ~~Christus~~ ~~concredidit~~ ~~Ecclesiae~~ ~~suae~~ ~~ut~~ ~~illas~~ ~~omnibus~~ ~~diebus~~, cum assistentia Spiritus Sancti, fideliter custodiret ~~et~~ ~~doceret~~, ~~recte~~ ~~explicaret~~, ~~sanctoque~~ ~~applicaret~~ ~~secundum~~ ~~extensionem~~ ~~totius~~ ~~ordinis~~ ~~morum~~, ~~haec~~ ~~individualis~~ ~~quam~~ ~~socialis~~: non ~~solum~~ ~~in~~ ~~praemissis~~ ~~universalibus~~ ~~fundamentis~~, sed etiam in particularibus ~~aspectibus~~ ~~et~~ ~~quaestionibus~~, quibus persona humana, vivens in praesenti saeculo, concrete afficitur in vita sociali, in vita coniugali et familiari, in campo culturae, oeconomiae et relationum inter gentes.

Itaque ~~Eccl.~~ ~~vitam~~ ~~humanam~~ ~~respicens~~ ~~et~~ ~~conjugalem~~ ~~et~~ ~~socialem~~ ~~sua~~ ~~filios~~ ~~autem~~ ~~docere~~ ~~et~~ ~~monere~~ ~~intendit~~ ~~ut~~ ~~in~~ ~~omnibus~~ ~~vita~~ ~~suae~~ ~~ambitu~~ ~~vocationis~~ ~~huc~~ ~~perfecte~~ ~~et~~ ~~effective~~ ~~respondere~~ ~~valeant~~
XX Semper tamen idem ordo divinus (3)

10 (De conscientia)

X ~~Lex~~ ~~tam~~ ~~naturalis~~ ~~quam~~ ~~supernaturalis~~ ~~ad~~ ~~concretas~~ ~~circumstantias~~ ~~per~~ ~~uniuscuiusque~~ ~~conscientiam~~ ~~applicatur~~. ^{tantum} ^{applicant}

XXX ~~Unde~~ ~~alia~~ ~~praeccepta~~ ~~quae~~ ~~ad~~ ~~diversas~~ ~~virtutes~~ ~~pertinent~~ ~~non~~ ~~possunt~~ ~~esse~~ ~~quae~~ ~~ab~~ ~~animo~~ ~~separantur~~ ~~et~~ ~~sine~~ ~~quibus~~ ~~esse~~ ~~non~~ ~~potest~~.